



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Constantinopolitanvm Qvo Basilivs Patriarcha Depositvs Fvit  
anno DCCCCLXXV. sub Benedicto papa VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

192 BENEDICTI PAPÆ VII. VITA.

tifex sub-  
iungatur  
præcedenti  
Benedicto?

cum reuerendissimo & illustrissimo cardinale Baronio, Bonifacio illo sedis inuasore e numero & serie pontificum expuncto, eumdem Benedictum septimum sexto cognomine Benedicto subiungo, ob causas quas supra allegauit.

Otto II.  
moritur.

Otto III.  
succedit.

Benedicti  
obitus.

Hic Sergium Damascenum episcopum a Sarracenis relegatum benigne excepit, eique ecclesiam sancti Bonifacii, siue Alexii, colendam tradidit: in qua cum ille monachos collegisset, restitutaque obseruantia monastica annos quatuor illic egisset, sancto fine quieuit. Huius temporibus Otto secundus, dum post obitum patris decem annis imperium tenuisset, propter cladem sibi suoque exercitui in Calabria per Græcos & Sarracenos illatam mœrore confectus, obiit Romæ, anno Redemptoris nongentesimo octuagesimo tertio.

Otto tertius, quem pater adhuc viuens per Moguntium & Rauennatem archiepiscopos Aquisgrani regem eligi & coronari procurauerat, in locum patris defuncti successit. Octavo mense post mortem Ottonis Benedictus papa ex hac vita migrauit decima Iulii, anno Christi nonagesimo octuagesimo quarto, cum annos nouem sedem pontificiam tenuisset. Sepultus est in basilica sanctæ Crucis.

CONCILIVM  
CONSTANTINOPOLITANVM  
QVO BASILIVS PATRIARCHA DEPOSITVS FVIT  
anno DCCCCLXXV. sub Benedicto papa VII.

ANNO  
CHRISTI  
975

N O T A.

*Concilium.]* In hac Synodo, quæ teste Cypalate habita fuit indictione tertia, Basilius patriarcha criminis accusatus deponitur, & in locum eius substituitur Antonius Studites. Baronius anno 975. num. 10.

CON-